Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dixit nobis alla. Ad mag. Surrexit sicut dixit dominus et precedet vos in galyleam ibi eum videbitis alla alla alla. Fer. iiii. Ad ben. a. Surrexit dominus de sepulcro qui pro nobis pependit in ligno alla. Ad mag. a. Angelus autem domini descendit de celo et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum alla alla. Fer. v. Ad ben. a. Erat autem aspectus eius sicut fulgur vestimenta eius sicut nix. alla. Ad mag. a. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velud mortui alla. Fer. vi. Ad ben. antiphona. Et respicientes viderunt revolutum lapidem erat quippe magnus valde alla. Ad mag. an. Mane nobiscum quoniam ad vesperascit et inclinata est iam dies alla. Sabbato ad ben. antiphona. Et intravit cum illis et factum est cum recumberet cum illis. accepit panem et benedixit fregit et porrigebat illis alla. In V. et ad iii. vesp. colla de precedenti dominica dicitur. Sabbato ad iii. vesp. capitulum.

Xpistus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius qui peccatum non fecit. nec inventus est dolus in ore eius. R. Ego sicut vitis fructificavi suavitatem odoris alla. Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generationibus meis adimplemini alla. V. Ego diligentes me diligo. et qui mane vigilaverint ad me invenient me. Transite ad. Ad mag. ant. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est filius dei. et ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius. alleluia. Collecta

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti fidelibus tuis perpetua concede leticiam. ut quos perpetue mortis eripuisti casibus gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundem. Incipit liber apocalypsis. lc. prima.

Apocalypsis ihesu xpisti quam dedit deus palam facere servis suis que oportet fieri cito. et significavit mittens